Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



3

Attilium apud patres nostros esse sapien appellatum
tem · sed uterq: alio quodam modo L Atti
lius · quia prudens esse in iure ciuili pu
tabatur Cato quia multarum rerum
usum habebat · multa eius et in senatu
et in foro · uel prouisa prudenter uel
acta constanter · uel responsa acute fere
bantur · propterea quasi cognomen iam
habebat in senectute sapientis · Te autem
alio quodam modo non solum natura et
moribus · uerum etiam in studio et doc
trina esse sapientem · nec sicut uulgus
sed ut eruditi solent appellare sapiente;
qualem in reliqua gretia repperi nemine;
Nam qui septem appellantur eos qui ista
subtilius querunt in numero sapientu
non habent · Athenis unum accepimus
et eum dem etiam apolonis oraculo sapi
entissimum iudicatum · hanc esse in te
sapientiam existimant · ut omnia tua
in te esse posita dicas humanosq: casus
uirtute inferiores putes · Itaq: ex me quer